



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 35. Hæretici divisi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. gem edidit, qua singuli hæretici ad mul-  
 A. C. 392. ctam decem librarum aurearum damnantur, qui Clericos ordinaverint, aut ab ipsis ordinati fuerint; locus, in quo ordinatio facta, fisco cedet. Si loci Dominus id ignoraverit, Locatarius libera conditionis decem libris auri multabitur, si ex genere servili, fustibus caedetur, & proscribetur. Post unum ferme mensem decima octava Augusti aliam legem direxit ad Potamium Ægypti Prefectum, qua illi proscribi jubentur, qui disputando de fide Catholica populum turbare ausi fuerint, cum id ipsum jam antea bis diversis legibus fuisset prohibitum.

L. 3. de his  
 qui sup. Re-  
 lig. C. Th.

L. 1. & 2. ib.

§. XXXV.

*Hæretici divisi.*

Sup. n. 13. Hæretici suis seipfos divisionibus attere-  
 Socr. V. c. bant. Dorotheus, & Marinus am-  
 23. Sozom. bo Arianorum Episcopi Constantinopoli,  
 VII. c. 17. separatos agebant conventus, exortis in-  
 Theod. heer. ter ipsos simultatibus super quæstiones  
 fab. IV. c. 4. an Deus possit dici Pater ante existentiam  
 Filii? Gothi juncti sunt Marino cum Se-  
 lina suo Episcopo, Ulfilæ Successore;  
 hinc secta ista Gothorum dicta. Etiam  
 Psatyriani dicebantur, ob quemdam no-  
 mine Theoctistum, qui certum placenta-  
 rum genus venumdabat. Hi iterum in  
 duas partes iverunt; Agapius Episcopus  
 Ephesi,



Ephesi, a Marino ordinatus, novæ Sectæ Sæculum IV.  
 auctor fuit, Curtianorum, aut Pithecianorum dictæ, A. C. 392.  
 eo quod hujus sectæ mem-  
 brum esset quidam, nomine Curtius, bre-  
 vissimæ staturæ, & gibbus, ita ut hujus  
 hominis species non multum a simia ab-  
 horreret. Multi Clerici Ariani, his di-  
 visionibus offensi, ad Ecclesiæ sinum re-  
 diere. Eunomiani quoque ob quæstio- Socr. V. c.  
 nes de nomine divisi. Aliqui eorum fe- 24.  
 quebantur aliquem Theophronium, qui  
 Aristotelis Logicæ operam dederat, alii  
 alium, nomine Eutichium. Baptismi for-  
 mam corruperunt, nam non amplius in  
 Nomine Sanctæ Trinitatis baptizabant,  
 sed in Jesu Christi morte. Macedonia-  
 ni in Sectatores Presbyteri Eutropii, &  
 Carterii, qui separatos adibant conven-  
 tus, dividebantur.

Inter Novatianos quoque schisma ex-  
 ortum. Quidam Judæus, cui nomen Sab- ibid. c. 21.  
 batius, Christianam Religionem, & Nova-  
 tianorum Sectam amplexus, a Martiano, Sox. VII.  
 tunc Constantinopoli hujus sectæ Episco- 18.  
 po, Presbyter ordinatus est. Sabbatius  
 quidem ordinate vivebat, & rigide, sed  
 necdum penitus Judæum exuerat, & Epis-  
 copatum affectabat. Conventus agere  
 cœpit, causas, nescio quas, obtendens.  
 Tunc Martianum pœnituit, quod eum or-  
 dinasset, dicebatque; *satius fuisset mani-  
 bus meis spinas tangere, quam eas hujus*  
*Hist. Eccles. Tom. IV. Q99 homi-*



Sæculum IV. *hominis capiti imponere.* Tandem Concilium suæ Sectæ Episcoporum coegit A. C. 392. Sangarin, urbem commerciis notissimam, prope Helenopolim in Bithynia, in quo Sabbatius comparere iussus. Causam interrogatus, cur se ab Episcopo separaret, respondit, Decretum Concilii Parisiensis de Paschate non observari. Parus, vicus erat Phrygiæ, ubi aliqui Novatianorum Episcopi, sub Valente Principe congregati, ut eo magis a Catholicis distinguerentur, decreverant, ut eo tempore, quo Judæi, Diem Paschalem, verumtamen semper die Dominica, celebrarent. Concilium Sangariense, ne ulla Sabbatio excusationis umbra superesset, statuit, ut cuique Pascha ea, qua vellet, die celebrare liceret, dummodo ab aliorum Communionem non recederet. Hoc Decretum Novatianorum, non tantum Decreto Concilii Nicæni, sed etiam primis ipsorum regum contrarium erat, utpote, qui conservandæ strictioris Disciplinae specie ab Ecclesia discesserant.

## §. XXXVI.

*Hæresis Arianorum.*

Diversis Arianorum Sectis accenseri possunt Aeriani, quamvis in Doctrina Trinitatis ab Ecclesia non diverterent; Auctor hujus hæresis fuit Aerius, Eustathii Sebasteni amicus, & ejusdem olim in

*Epiph. hæres.*  
75.

vica